

DE SACROSANCTIS
NOVI FOEDERIS
IESV CHRISTI
SACRAMENTIS IN
GENERE ET IN SPECIE TRA-
CTATUS PERUTILIS, UNDECIM HO-
MILIIS SOLIDE, METHODICE, PER-
spicue absolutus, & nunc primùm in lucem, ad Dei
Opt. Max. gloriam, & Sanctorum ædifi-
cationem, prodiens

A B

ANTONIO PRÆTORIO, ECCLĒ-
SIÆ LIPPIANÆ FILIO, JE-
SU SERVO LAV-
tenbaci.

*Cum Indice tum rerum tum argumentorum cujusvis Homiliæ
copioso, compendii vice perlegendo.*

I 6

O 2.



LICHÆ SOLMENSIIUM

Excudebat Wolfgangus Kezelius in consortio
CONRADI NEBENII.

Über die hochheiligen Sakramente des Neuen Bundes Jesu Christi eine im allgemeinen und im speziellen sehr nützliche
Abhandlung,
in elf Homilien gediegen, methodisch und klar verständlich
dargestellt,
und jetzt erstmalig zum Ruhme Gottes, des Besten und Größten,
und zur Erbauung der Heiligen veröffentlicht von
Antonius Praetorius,
Sohn der lippischen Kirche, Jesu Knecht in
Laudenbach.
Mit einem reichhaltigen Sach- und Inhaltsverzeichnis einer
jeden Homilie, als Nachschlagwerk zu lesen.
Des Vaters Sproß
1602
des Höchsten wahre Verehrung
Zu Lich / Solms gedruckt von
Wolfgang Kezelius in Gemeinschaft mit
Conrad Nebenius

**Auszug aus der 5. Homilie über das Schicksal der
vor der Taufe verstorbenen Kinder.**

**Abschrift und Übersetzung
von
Burghard Schmanck
Das Gesamtwerk ist im Verlag
Traugott Bautz erschienen
ISBN 978-3-88309-550-9**

L 100

DE PAEDOBAPTISMO

1. **II. De infantibus ante baptismum mortuis.**

2. **Q**Uaestio est: An infantes Christianorum ante baptismum mor-
 3. tui possint salvari. Nominatim loquor de Christianorum in-
 4. fantibus, quos longe discerno a Turcarum et Ethnicorum liberis:
 5. non quod natura meliores et sanctiores sint aliis, sed quod singula-
 6. re habeant privilegium, tanquam cives sanctae Dei civitatis, id est,
 7. Christianae Ecclesiae. Neque hoc ex parentibus propter carnalem
 8. nativitatem, sed ex gratia Dei, propter sanctam in ex et cum sanctis
 9. parentibus vocationem, quae sola facit, ut Christianorum liberi prae
 10. caeteris sancti dicantur. Alias hi non minus quam alii quoque natu-
 11. ra filii irae sunt, et damnationis obnoxii. Nam et Christiani paren-
 12. tes, non qua Christiani sunt, id est, justis et sanctis per fidem, sed qua
 13. homines sunt, gignunt, adeoque impuri impuros procreant. Ab
 14. ipsis autem nati, jam non simpliciter ut homines, sed ut Christiani
 15. homines, propter gratuitum Dei foedus in parentibus, et cum filiis
 16. in mille generationes erectum considerantur. Adeoque merito ab
 17. aliis ad foedus non pertinentibus, sunt discernendi. Et de his solis
 18. in Dei timore, ex veritatis fonte, in Christianorum parentum con-
 19. solationem inquiri, an et quomodo serventur: Reliquorum causa
 20. non angor. Et quid ad me qui foris sunt? stant caduntve suo Domi-
 21. no, qui cum justus sit, illis non faciet injuriam.

22. Quod attinet jam Christianorum infantes in matris utero,
 23. vel in partu, vel paulo post, priusquam baptizentur, mortuos; asse-
 24. ro, ipsos aequae prope esse salutis aeternae, quam alii, qui baptismum
 25. acceperunt. Idque probari potest iisdem fere argumentis, quibus
 26. infantulorum baptismus antea comprobatus est: quod scilicet
 27. sint in foedere, quod initium et fundamentum est salutis, quod pro-
 28. missio gratiae Dei non minus ad ipsos, quam adultos pertineat, quod
 29. etiam Spiritus sancti ad aeternam vitam homines regenerantis et
 30. ducentis capaces participesque sint, ut supra fuse docuimus. Ut au-
 31. tem dubitationis locus plane non supersit, plura et quidem firma et
 32. clara argumenta et testimonia addemus, quibus fidelis Christianus
 33. acquiescere haud gravatim possit. Et primum quidem sumo a natu-

ra Ba-

 13-14: 1. Cor. 7,14; Ephes. 2,3.

16: Psal. 51,7; 19: Exod. 20,6.

23-24: 1. Cor. 5,12; Rom. 14,4.

30-33: Gen. 17,7; Act. 2,39; Esa. 44,3; Luc. 1,15.

Über die vor der Taufe verstorbenen Kinder

Die Frage lautet: Können Kinder von Christen, die vor der Taufe gestorben sind, gerettet werden? Namentlich spreche ich hier über Kinder von Christen. Diese nämlich unterscheiden sich nach meiner Auffassung sehr von den Kindern der Türken und Heiden. Zwar sind sie nicht von Natur aus besser und heiliger als andere, verfügen aber über ein einzigartiges Privileg. Sie sind nämlich sozusagen Bürger der heiligen Gemeinde Gottes, also der christlichen Kirche. Das kommt aber nicht von den Eltern wegen der fleischlichen Geburt, sondern aus der Gnade Gottes wegen der heiligen Berufung, welche sich aus den heiligen Eltern herleitet und mit ihnen verbunden ist. Diese allein bewirkt, daß die Kinder von Christen vor den übrigen heilig genannt werden. Ansonsten wären diese nicht weniger als auch andere von Natur aus Kinder des Zornes und der Verdammnis verfallen. Auch christliche Eltern zeugen nämlich nicht, insofern sie Christen sind, also weil sie gerecht und heilig durch den Glauben sind, sondern insofern sie Menschen sind, und deshalb bringen sie als Unreine auch Unreine hervor. Wer aber von diesen abstammt, der wird nicht einfach als bloßer Mensch angesehen, sondern als christlicher Mensch wegen der unverdienten Zugehörigkeit seiner Eltern zum Gottesbund, der für die Nachkommen bis ins tausendste Geschlecht errichtet wurde. Daher müssen solche mit Recht von anderen, die nicht zum Bund gehören, unterschieden werden. Allein bezüglich dieser untersuche ich in der Furcht Gottes, aus der Quelle der Wahrheit und zum Trost christlicher Eltern die Frage, ob und auf welche Weise sie gerettet werden. Der übrigen wegen ängstige ich mich nicht. Was gehen mich diejenigen an, welche draußen stehen? Sie stehen oder fallen für ihren Herrn, der, wenn er gerecht ist, ihnen kein Unrecht zufügen wird.

Wie ist es aber nun mit den Kindern, die im Mutterschoß, während der Geburt oder kurz danach gestorben sind, bevor sie getauft wurden? Ich behaupte, daß diese dem ewigen Heil gleich nahe sind, wie die anderen, welche die Taufe empfangen haben. Dies kann sogar mit fast denselben Argumenten bestätigt werden, mit denen zuvor die Taufe von Kindern gerechtfertigt wurde. Diese befinden sich nämlich im Bündnis, welches der Anfang und die Grundlage des Heiles ist. Die Verheißung der Gnade Gottes gilt ihnen nicht weniger als den Erwachsenen. Zu fassen vermögen sie auch den Heiligen Geist, der die Menschen zum ewigen Leben erneuert und führt. Anteil haben auch sie an ihm, wie wir oben ausführlich gelehrt haben. Damit aber keinerlei Raum für irgendeinen Zweifel bleibt, werden wir weitere überzeugungsstarke Argumente hinzufügen, durch die der gläubige Christ unbeschwert und ruhig sein kann. Das erste nehme ich von der Natur

L 101

HOMILIA QUINTA.

1. ra Baptismi, qui, ut omnia alia sacramenta, est signum foederis et si-
 2. gillum promissionis Dei, adeoque externum et visibile pignus com-
 3. paratae, oblatae et applicatae salutis in Christo mediatore; et perti-
 4. net proprie ad eos, qui habent promissionem et spem aeternae here-
 5. ditatis, sicut sigillum proprie pertinet ad illum, qui habet literas, et
 6. in iis nominatur. Neque enim *canibus* (id est, spem salutis prorsus
 7. non habentibus) sanctum dari debet: At pertinet ut olim circum-
 8. cisio, sic hodie baptismus, ad omnes Christianorum recens natos
 9. infantes, ut in priori parte convicimus: unde sequitur etiam infan-
 10. tes, ut confoederatos, statim habere ab utero salutis promissionem.
 11. Alias baptizandi postea, et sigillo pignoreque donandi non essent.
 12. Majoris intelligentiae gratia hic promissiones Dei altius sunt repe-
 13. tendae et pensandae, ut appareat, quam clare et expresse infantium
 14. salutem asserant. Deus dicit Abrahamo: *Sum Deus tibi et semini tuo*. NB.
 15. non dicit Dominus, ero in futurum, sed jam nunc sum tibi Deus. Vox
 16. Deus non tantum significat creatorem et Dominum, sed et Salva-
 17. torem et servatorem: quasi dicat, in me omnia corpori et animae sa-
 18. lutaria et sufficientia habebis. *Sum tibi clypeus et merces valde magna. Ro-
 19. bur cordis nostri et pars nostra est Deus in seculum*. Qualis autem Deus est
 20. Abrahamo, talis est etiam omnibus ejus posteris. Non autem dicit:
 21. tibi et tuis filiis, sed tibi et tuo semini; ut intelligam, non tantum se
 22. Deum fore adulterorum, sed et infantium recens natorum, imo ad-
 23. huc in utero materno inclusorum, et, quod magis est, nondum con-
 24. ceptorum, sed adhuc in lumbis ejus latitantium, et multo post na-
 25. sciturorum, se jam nunc Deum, et salvatorem esse. En, quam clare
 26. Dominus testetur, se etiam infantes ab utero in gratiam suam reci-
 27. pere, salutem nondum natis in mundum praeparare. Et haec non tan-
 28. tum Abrahami tempore durare debuerunt, sed etiam apud suos po-
 29. steros, et in aeternum, adeoque etiam apud nos Christianos, qui per fidem
 30. Christi non minus, quam Isaak et Jacob, Joseph, Moses, David etc. *A-
 31. brahamum habemus patrem, et semen illius facti sumus*. Ergo et nostri infan-
 32. tes non tantum post acceptum baptismum, sed statim post partum,
 33. imo ante partum in utero, et ante conceptionem in parentum lum-
 34. bis, Deum habent suum redemptorem et salvatorem, propter promis-
 35. sionem parentibus factam; et suo nomine ab ipsis fide perceptam.

N 3

Con-

 7-8: Matt. 7,6.

14-15: Gen. 17,7.

18-20: Gen. 15,1; Psal. 73,26.

32-34: Rom. 4,11; Gal. Gal. 3,7.29.

der Taufe, welche, wie alle anderen Sakramente, ein Zeichen des Bundes und ein Siegel der Verheißung Gottes darstellt. Diese ist daher das äußere und sichtbare Unterpfand des in Christus als Mittler bereiteten, angebotenen und zugeeigneten Heiles. Es bezieht sich speziell auf diejenigen, welche die Verheißung und die Hoffnung auf das ewige Erbe besitzen, wie sich das Siegel auf denjenigen bezieht, der sich im Besitz der Urkunde befindet und in ihr genannt wird. Das Heilige darf nämlich nicht den „Hunden“, also denen, die keinerlei Hoffnung auf das Heil haben, gegeben werden. Wie aber einst die Beschneidung, so gilt die Taufe heute allen neugeborenen Kindern der Christen, wie wir im vorhergehenden Teil überzeugend dargelegt haben. Daraus folgt, daß auch die Kinder, wie es Bundesgenossen zukommt, unmittelbar vom Mutterschoße an sich im Besitz der Heilsverheißung befinden. Andernfalls dürften sie danach nicht getauft und mit dem Siegel und Unterpfand beschenkt werden. Des besseren Verständnisses halber sollen an dieser Stelle die Verheißungen Gottes nochmals zitiert und tiefer bedacht werden, damit deutlich wird, wie klar und unzweideutig sie das Heil der Kinder behaupten. Gott sagt zu Abraham: „Gott bin ich dir und deiner Nachkommenschaft.“ Der Herr sagt wohlgemerkt nicht: „Ich werde künftig sein“, sondern: „Schon jetzt bin ich dir Gott.“ Das Wort „Gott“ bezeichnet nicht nur den Schöpfer und Herrn, sondern auch den Erlöser und Retter, als wolle er sagen: „In mir wirst du in ausreichendem Maße alles besitzen, was dem Heil deines Leibes und deiner Seele dient.“ „Ich bin dir Schild und gar großer Gewinn.“ „Die Kraft unseres Herzens und unser Anteil ist Gott in Ewigkeit.“ Gott bleibt aber auch für alle Nachkommen Abrahams derselbe, der er für Abraham gewesen ist. Er sagt nämlich nicht: „Dir und deinen Söhnen“, sondern: „Dir und deinem Samen“. Also soll ich einsehen, daß er nicht nur ein Gott der Erwachsenen sein wird, sondern auch der neugeborenen Kinder, ja sogar der noch im mütterlichen Schoße eingeschlossenen, und darüber hinaus sogar der noch gar nicht empfangenen, sondern noch in den Lenden der Eltern verborgenen, die erst viel später geboren werden. Deren Gott und Retter will er jetzt schon sein. Sieh doch, wie deutlich Gott bezeugt, daß er die Kinder schon vom Mutterschoße an in seine Gnade aufnimmt und sein Heil den noch nicht in diese Welt hinein Geborenen bereitet. Und dies sollte nicht nur zur Zeit Abrahams gelten, sondern auch bei seinen Nachkommen, und zwar für immer und ganz besonders auch bei uns Christen, die wir durch den Glauben an Christus nicht weniger als Isaak, Jakob, Joseph, Moses, David usw. Abraham zum Vater haben und zu dessen Nachkommenschaft gemacht worden sind. Daraus folgt, daß auch unsere Kinder nicht erst nach dem Empfang der Taufe, sondern sofort nach der Geburt, sogar schon vor der Geburt im Mutterschoße und vor der Empfängnis in den Lenden der Eltern Gott als ihren Erlöser und Retter haben wegen der an ihre Eltern ergangenen Verheißung, die sie ihrerseits von ihnen durch den Glauben empfangen haben.

L 102

DE PAEDOBAPTISMO

1. Confirmat haec omnia exemplum Davidis, dicentis; *Tu es eductor meus*
 2. *ab utero, spes mea fuisti ab uberibus matris meae. Super te projectus sum a vulva: de*
 3. *ventre matris meae Deus meus es tu. Et. Tu possedisti renes meos, et suscepisti me de*
 4. *utero matris meae. Imperfectum meum viderunt oculi tui: ac si in libro tuo univer-*
 5. *sa scripta fuissent, licet diebus multis membra formata sint, et nec unum ex iis esset*
 6. *adhuc. Hic certe vates gloriatur, se non per circumcisionem, vel ubi*
 7. *demum adoleverit, sed in matris utero Deo carum et salutis certum*
 8. *redditum esse. Et ne quis putet id peculiare quid fuisse, docet, ean-*
 9. *dem rationem esse omnium fidelium et eorum librorum: Benedicet*
 10. *timentibus Jehovam, pusillis cum magnis. Adjiciet Jehova super vos, super vos et su-*
 11. *per filios vestros. Cum hoc consentit Divus Petrus, inquiens: Vobis et fili-*
 12. *is vestris facta est promissio, id est, et vos et liberi vestri salvi eritis. Et ne id*
 13. *accipiatur tantum de adultis, in fide et doctrina jam progressis, ad-*
 14. *dit: omnium qui procul sunt, id est, et illis, qui multa post saecula ab huc*
 15. *nascentur, eadem haec promissio salutis competit. Hinc jam liquido con-*
 16. *stat, gratiam Dei et salutem paratam esse homini, priusquam nasca-*
 17. *tur, ac proinde fidelium infantes heredes vitae nasci; non demum per*
 18. *baptismum fieri. Gratia n. et promissio facit heredem, non baptismus,*
 19. *qui tantum obsignat, quod vel ante datum est, vel adhuc dari debet.*
 20. *Et quod baptismus praesens non confert, id etiam absens non aufert,*
 21. *et proinde baptismi privatio infantes in utero, vel partu, vel paulo*
 22. *post absque aquae lavacro mortuos non privat salutis promissione. Imo,*
 23. *quid dico de privatione baptismi? Ipsa mors, quae hanc vitam spoliatur,*
 24. *et animam corpusque separat, non potest eos a charitate Dei, quae pro-*
 25. *missionis et multo magis salutis fons est, separare. Sic igitur natura*
 26. *baptismi et primus fons divinarum promissionum infantibus et-*
 27. *iam sine baptismo mortuis salutis januam aperit.*
 28. Porro etiam nativitas salvatoris nostri Jesu Christi infantulos
 29. non minus quam alios salvari, indicat. Hic enim non semper vir per-
 30. fectus, sed et tenellus infans fuit: non circumcisis et baptizatus na-
 31. tus, sed incircumcisis et illotus in mundum venit. Et tamen tunc erat
 32. salvator et Dominus. Ergo etiam incircumcisorum et illotorum sal-
 33. vator est: non enim potest fratres suos odisse, et in damnatione relin-
 34. quere, quibus ipse secundum carnem ad tempus similis fuit. Imo ideo
 35. a Spiritu sancto conceptus, ideo in utero sanctificatus, ideo sanctus
 36. natus et semper sanctus fuit, ut suos ex qualibet aetate et statione, si-
 37. ne discrimine (non tantum adultos, sed et parvulos; non tantum cir-
 38. cumcisos et baptizatos, sed et incircumcisos, et illotos; non tantum

jam na-

 2-5: Psal. 22,10.11; 139,13.16.

9-10: Psal. 115,13.14.

12: Act. 2,39;

26: Rom. 8,38; 31: Luc. 2,11.

D 102**Die Kindertaufe**

Dies alles bestätigt das Beispiel Davids, der da sagt: „Du hast mich aus dem Mutterschoß gezogen. Meine Hoffnung warst du von den Brüsten meiner Mutter an. Auf dich bin ich geworfen von der Gebärmutter an. Vom Mutterschoße an bist du mein Gott.“ Und: „Du hast von meinem Innersten Besitz ergriffen und angenommen hast du mich vom Schoße meiner Mutter an. Deine Augen haben mich gesehen, als ich noch unfertig war, als wäre in deinem Buch alles geschrieben gewesen, viele Tage bevor meine Glieder geformt und es noch keines von ihnen gab.“ Hier rühmt sich der Seher eindeutig, nicht durch die Beschneidung oder erst als Erwachsener, sondern bereits im Mutterschoße von Gott geliebt worden zu sein und über sein Heil Gewißheit erhalten zu haben. Auch soll keiner glauben, dies sei nur ein Sonderfall. Er lehrt nämlich, daß für alle Gläubigen und deren Kinder dieselbe Fürsorge gilt: „Segnen wird er alle, die Jehova fürchten, die Kleinen ebenso wie die Großen. Mehreren wird Jehova euch, ja euch und auch eure Kinder.“ Damit stimmt auch der heilige Petrus überein, der sagt: „Euch und euren Kindern ist die Verheißung zuteilgeworden.“ Das heißt: „Sowohl ihr als auch eure Kinder werdet gerettet sein.“ Und damit man das nicht nur für Erwachsene annimmt, die im Glauben und in der Lehre schon fortgeschritten sind, fügt er hinzu: „aller, die fern sind.“ Damit meint er jene, die erst viele Jahrhunderte später geboren werden. Ihnen kommt genau dieselbe Heilsverheißung zu. Von daher steht schon schlüssig fest, daß die Gnade Gottes und das Heil dem Menschen bereitet sind, bevor er geboren wird. Somit werden auch die Kinder der Gläubigen als Erben des Lebens geboren und werden das nicht erst durch die Taufe. Gnade und Verheißung machen zum Erben, nicht die Taufe, welche nur besiegelt, was entweder vorher schon gegeben war oder noch gegeben werden muß. Was aber die Taufe bei der Spendung nicht hinzufügt, das nimmt sie auch nicht hinweg, wenn sie fehlt. Demnach gilt, daß Kinder, die ungetauft bleiben, weil sie noch im Mutterschoße, bei der Geburt oder kurz darauf ohne das Wasserbad gestorben sind, deswegen keineswegs auch der Heilsverheißung verlustig gehen. Was soll ich denn noch über die Ungetauften sagen? Selbst der Tod, der dieses Leben raubt und Seele und Leib trennt, vermag diese nicht von der Liebe Gottes, welche die Quelle der Verheißung und um vieles mehr die des Heiles ist, zu trennen. So öffnet also die Natur der Taufe und die erste Quelle der göttlichen Verheißungen auch den ohne Taufe gestorbenen Kindern die Pforte zum Heil.

Ferner zeigt auch die Geburt unseres Erlösers Jesus Christus an, daß die kleinen Kinder nicht weniger als andere gerettet werden. Dieser war nämlich nicht immer ein reifer Mann, sondern auch ein zartes Kind. Nicht als Beschnittener und Getaufter wurde er geboren, sondern unbeschnitten und ungewaschen kam er auf die Welt. Und dennoch war er auch zu diesem Zeitpunkt der Erlöser und Herr. Folglich ist er auch der Erlöser der Unbeschnittenen und Ungewaschenen. Er kann doch nicht seine Geschwister hassen und der Verdammnis anheimfallen lassen, denen er dem Fleische nach eine Zeitlang ähnlich gewesen ist. Genau deshalb wurde er vom Heiligen Geist empfangen, deshalb im Mutterschoße geheiligt, deshalb als Heiliger geboren und ist immer heilig gewesen, damit er die Seinen ohne Rücksicht auf ihr Alter und ihre Lebenssituation unterschiedslos in sich selbst heiligt und die Geheiligten rettet. Dies gilt nicht nur für Erwachsene, sondern auch für die kleinen Kinder, nicht nur für Beschnittene

L 103

HOMILIA QUINTA.

1. jam natos, sed et in utero adhuc reconditos) in seipso sanctificaret,
 2. et sanctificatos salvaret. Huc pertinent insignia testimonia scripturae
 3. hanc rem illustrantia luculentissime. Ut ubi angelus dicit; *Vocabis no-*
 4. *men ejus Jesum quia populum suum salvum faciet a peccatis eorum.* Hinc ita ar-
 5. gumentare: Iesus totum suum populum salvum faciet: At infantes
 6. pertinent ad suum populum, juxta promissionem: *Sum tibi et semini*
 7. *tuo Deus.* Ergo etiam infantes, ut populi sui partem et domesticos su-
 8. os salvat: juxta illud; *Beati habitantes in domo tua Domine: Et, plantati in*
 9. *domo lehovae, in atriis Dei nostri floreunt.* Sic ubi tenelli infantes Christo
 10. apportarentur, et discipuli indignum judicarent, infantes rationis im-
 11. potes in communionem Christi ingeri: ipsis reprehensis, Dominus
 12. pueros afferri jubet, et allatos familiariter recipit in ulnas, oscula-
 13. tur et benedicit; inquires: *Talium est regnum coelorum:* quasi dicat, hi, et
 14. alii horum similes, non minus quam adulti, heredes vitae, et cohere-
 15. des mei erunt, imo jam nunc sunt in possessione. Non n. dicit talium
 16. erit, sed, talium est regnum coelorum. Si jam Christus, judex et Do-
 17. minus super omnes et omnia, infantibus regnum Dei ipse adjudi-
 18. cat, quis est, qui ipsis abjudicare illud ausit possitque? Sic rursus di-
 19. cit Dominus, voluntatem patris esse, ut neminem ex sibi datis per-
 20. dat. At non tantum adulti, sed etiam infantes, quotque in vocatorum
 21. gentium numero sunt, Christo et capiti, et regi Ecclesiae dati sunt.
 22. Alias ad se eos jure non vocaret, neque regnum eis vendicaret. Hoc n.
 23. eorum tantum est, quibus paravit pater ab aeterno. Neque demum
 24. ipsi dantur in baptismo, sed inde ab utero ipsi dati sunt, imo ab aeter-
 25. no. Ergo etiam illi infantes omnes, qui Christo dati sunt, id est, ele-
 26. cti non pereunt, sive ante sive post baptismum moriantur. Si au-
 27. tem non pereunt; Ergo habent vitam aeternam. Perit enim vitam
 28. non habens. At vitam habens nunquam perit, ut docet opposi-
 29. tio. Sic Apostolus: *Christus est caput suae Ecclesiae, et salvator sui corporis: Et*
 30. *amavit Ecclesiam, et semet pro ea tradidit, ut eam sanctificaret.* Hinc ita ra-
 31. tiocinari licet: **1.** Christus est servator sui corporis, adeoque omnium
 32. sui corporis membrorum. At Christiani infantes sunt membra Chri-
 33. sti corporis. Ergo illorum quoque semper est servator. **2.** Christus amat
 34. suam Ecclesiam: Infantes sunt pars Ecclesiae. Ergo illos amat, et qui-
 35. dem ab, et in utero, priusquam nascantur. **3.** Quos Christus amat,
 36. pro iis se tradidit. At amat infantes etiam in utero: Ergo pro iis
 37. etiam in utero existentibus adhuc sese tradidit. **4.** Pro quibus

Chri-

 6: Gen. 17,7.

8-11: Ps. 84,5; 92,14; Mar. 10,13; Luc. 18,15.

19: Joh. 6,39; 20-24: Psal. 2,8; Mar. 10,14; Mat. 25,34; Psal. 22,11; Jerem. 1,5.
27-29: Joh. 3,16; Ephes. 5,23.25.29; 34-37: Malac. 1,2; Rom. 9,12.13.

und Getaufte, sondern auch für Unbeschnittene und Ungewaschene, nicht nur für schon Geborene, sondern auch für die noch im Mutterschoß Verborgenen. Dafür gibt es ausgezeichnete Schriftzeugnisse, welche diese Sache auf das lichtvollste erhellen. So sagt nämlich der Engel an einer Stelle: „Du wirst ihm den Namen Jesus geben, weil er sein Volk von seinen Sünden erlösen wird.“ Hier argumentiere so: Jesus wird sein ganzes Volk erlösen. Die Kinder aber gehören zu seinem Volk gemäß der Verheißung: „Gott bin ich dir und deiner Nachkommenschaft.“ Also erlöst er auch die Kinder als Teil seines Volkes und seine Hausgenossen. In der Schrift steht dazu: „Glücklich, Herr, die da wohnen in deinem Hause.“ Und: „Gepflanzt im Hause Jehovas, in den Hallen unseres Gottes werden sie blühen.“ Demgemäß, als kleine Kinder zu Christus gebracht wurden und die Jünger es für unpassend hielten, daß Kinder, die noch nicht zum Vernunftgebrauch gelangt sind, in die Gemeinschaft mit Christus eingeführt wurden, tadelt der Herr die Jünger dafür und befiehlt, die Kinder herbeizubringen. Freundlich nimmt er sie auf seine Knie, küßt und segnet sie mit den Worten „Solcher ist das Himmelreich“, als wolle er sagen: Diese und andere, ihnen ähnliche, werden nicht weniger als die Erwachsenen Erben des Lebens und meine Miterben sein, ja sogar jetzt schon sind sie in dessen Besitz. Er sagt nämlich nicht: „Solcher wird es sein.“, sondern: „Solcher ist das Himmelreich.“ Wenn schon Christus selbst, der Richter und Herr über alle und alles, den Kindern das Himmelreich zuerkennt, wer ist es dann, der es wagt und dazu imstande ist, ihnen dasselbe abzuerkennen? So sagt wiederum der Herr, es sei der Wille seines Vaters, daß er keinen von denen, welche er ihm übergeben habe, verliere. Es sind aber nicht nur die Erwachsenen, sondern auch alle Kinder, soweit sie zur Zahl der berufenen Völker gehören, Christus, dem Haupt und auch König der Kirche, anvertraut worden. Andernfalls würde er sie zu Unrecht zu sich rufen und ihnen das Reich zusichern. Dieses kommt nämlich nur denjenigen zu, welchen es der Vater von Ewigkeit her bereitet hat. Auch werden die Kinder ihm nicht erst in der Taufe anvertraut, sondern sind ihm vom Mutterschoße an übergeben, ja sogar von Ewigkeit her. Daher gehen auch alle jene Kinder, die Christus übergeben, also auserwählt worden sind, nicht verloren, sondern haben das Ewige Leben, unabhängig davon, ob sie vor oder nach der Taufe sterben. Wenn sie aber nicht verlorengehen, dann haben sie das Ewige Leben. Es geht nämlich zugrunde, wer das Leben nicht hat. Wer aber das Leben hat, geht niemals zugrunde, wie der Umkehrschluß lehrt. So der Apostel: „Christus ist das Haupt seiner Kirche und der Erlöser seines Leibes. Und er hat seine Kirche geliebt und sich selbst für sie hingegeben, um sie zu heiligen.“ Daraus kann folgendes geschlossen werden: **1.** Christus ist der Erretter seines Leibes, und zwar aller Glieder seines Leibes. Weil aber die christlichen Kinder Glieder des Leibes Christi sind, ist er auch immer deren Retter. **2.** Christus liebt seine Kirche. Die Kinder sind Teil der Kirche. Also liebt er sie, und zwar vom Mutterschoße an und in demselben, bevor sie geboren werden. **3.** Christus hat sich für diejenigen hingegeben, welche er liebt. Weil er aber die Kinder auch schon im Mutterschoße liebt, hat er sich auch für die noch im Mutterschoße befindlichen hingegeben. **4.** Christus heiligt

L 104

DE PAEDOBAPTISMO

1. Christus sese tradidit, eos sanctificat et vita aeterna donat. At tradi-
 2. dit se pro omnibus, pro universa Ecclesia, adeoque etiam pro infant-
 3. tibus. Ergo etiam infantes Christus ex divitiis suae gratiae et meri-
 4. ti sanctificat, et vita donat, licet gratiae suae symbolum et pignus non
 5. accipiant morte immaturius abrepti. Sic ex uno illo Apostoli dicto
 6. quatuor argumentis ostendi potest, infantes etiam absque ba-
 7. ptismo mortuos ad salutarem Christi communionem pertinere.
 8. Denique evidens exemplum nobis proponitur in latrone juxta
 9. Christum in patibulo jam pendente, cum converteretur, ut bap-
 10. tizari deinde non posset. Huic tamen jurejurando Dominus ingres-
 11. sum in paradysum promittit. Et in primitiva Ecclesia multi creden-
 12. tes a tyrannis occisi sunt, qui neque baptizati fuere, neque in acri
 13. persecutione illa baptizari potuerunt. Quis autem illos propter
 14. baptismi carentiam damnabit? Si jam adulti multa peccata actu
 15. proprio habentes sine baptismo (ubi necessitas obstat) servantur:
 16. Cur infantibus propria culpa nullum peccatum habentibus idem
 17. fieri (morte praeveniente) diffidas? sed ais: num ergo omnes et sin-
 18. guli infantes inter Christianos absque baptismo exspirantes certissi-
 19. me salvantur? Quaestio facilis, et curiosa. Quid enim de aliis soli-
 20. citus es? sufficitne de tua tuorumque salute, si tibi constet? Difficilis et
 21. periculosa nimis est hic categorica responsio. Negans enim servari
 22. omnes, tyrannidis apud homines; affirmans vero temeritatis apud
 23. Deum arguetur. Tutum piisque est, Deo actori et judici rem illam,
 24. in scripturis nobis non patefactam, committi, nec non relinqui
 25. integram. Interim tamen de omnibus et singulis bene sperare ju-
 26. bet Dei misericordia, dives in omnes; et vera charitas nihil diffi-
 27. dens, nunquam desperans. Hoc quoque certissimum est, omnes et
 28. singulos infantes in Christo electos, certe salvari, quocumque de-
 29. mum aetatis momento et externo statu ex hac vita emigrent. Electi e-
 30. nim perire non possunt, quomodocumque cum ipsis in hominum
 31. oculis agatur, et quicquid ipsis in mundo adimatur. Neque enim-
 32. vero electio demum fit in baptismo, imo non in partu, non in con-
 33. ceptione; sed jam facta est ante jacta mundi fundamenta. Et semel
 34. facta revocari nunquam potest. Ergo per electionem in gratiam
 35. Dei semel recepti, in ea perpetuo persistunt, et electionis finem
 36. id est, aeternam salutem certo consequuntur, licet neque bap-

smum

1-5: Joh. 10,15,18; 17,19; Rom. 8,32; 2. Cor. 5,14; 2. Tit. 2,6.

10-11: Luc. 23,42.

26-27: 1. Cor. 13,7; Rom. 11,7.

28-31: Joh. 10,28; Rom. 8,30,38; Eph. 1,4.

33-35: 2. Thess. 2,13; 2. Tim. 1,9.

D 104**Die Kindertaufe**

und beschenkt diejenigen mit dem ewigen Leben, für die er sich hingegeben hat. Weil er sich aber für alle, für die gesamte Kirche, hingegeben hat, hat er sich auch für die Kinder hingegeben. Folglich heiligt Christus auch die Kinder aus dem Schatz seiner Gnade und seines Verdienstes und beschenkt sie mit dem Leben, und zwar auch dann, wenn sie das Zeichen und Unterpfand seiner Gnade nicht empfangen, weil der Tod sie allzufrüh dahingerafft hat. So kann aus jenem einen Wort des Apostels mit vier Argumenten dargetan werden, daß auch Kinder, die ohne Taufe sterben, zur Heilsgemeinschaft mit Christus gehören. Ein offensichtlich zutreffendes Beispiel wird uns schließlich in dem Räuber geboten, der neben Christus schon am Kreuze hing und deshalb, obwohl er sich bekehrte, nicht anschließend getauft werden konnte. Dennoch verspricht der Herr diesem mit eidlicher Bekräftigung den Einzug ins Paradies. Auch sind in der Urkirche viele von Tyrannen wegen ihres Glaubens umgebracht worden, die weder getauft waren noch in jener harten Verfolgung getauft werden konnten. Wer aber will jene wegen des Fehlens der Taufe der Verdammnis anheimfallen lassen? Selbst wenn sie schon erwachsen sind und viele Sünden durch eigenes Handeln auf sich geladen haben, werden sie auch ohne Taufe gerettet, wenn ein zwingender Hinderungsgrund vorliegt. Warum zweifelst du, daß den Kindern, obwohl sie keine Sünde aus eigener Schuld haben, dasselbe zuteilwird, weil der Tod zuvorkam? Du aber sagst: Werden demnach etwa alle und jedes einzelne Kind, welche inmitten von Christen, aber ohne Taufe versterben, mit größter Gewißheit gerettet? Die Frage ist einfach und seltsam zugleich. Was sorgst du dich denn um andere? Reicht es dir nicht, wenn du über dein eigenes Heil und das der Deinen Gewißheit hast? Schwierig und sehr gefährlich ist hier eine kategorische Antwort. Verneint man nämlich die Rettung aller, so wird man bei den Menschen der Tyrannei beschuldigt. Behauptet man aber das Gegenteil, so wird man bei Gott der Leichtfertigkeit angeklagt werden. Gefahrlos und fromm ist es, diese Sache einfach Gott, der da handelt und richtet, anzuvertrauen und gänzlich zu überlassen, da sie in den Schriften uns nicht geoffenbart ist. Zwischenzeitlich gebietet Gottes Barmherzigkeit, dennoch für alle und jeden einzelnen guten Mutes zu sein, ist sie doch reich für alle. Die wahre Liebe glaubt nämlich alles und verzweifelt niemals. Auch dies ist völlig sicher, daß alle in Christus Auserwählten und so auch jedes einzelne Kind mit Gewißheit gerettet werden, egal in welchem Alter und äußeren Zustand sie aus diesem Leben scheiden. Die Auserwählten können nämlich gar nicht zugrundegehen, egal wie sie in den Augen der Menschen dastehen oder was ihnen in dieser Welt genommen wird. Die Erwählung aber geschieht nicht erst in der Taufe, auch nicht bei der Geburt oder der Empfängnis. Sie geschah schon, bevor die Fundamente der Welt gelegt worden waren. Und was einmal geschehen ist, kann niemals widerrufen werden. Wer also einmal durch Erwählung in die Gnade Gottes aufgenommen worden ist, der bleibt in ihr in Ewigkeit und erreicht mit Gewißheit das Ziel seiner Erwählung, nämlich das ewige Heil, und zwar auch dann, wenn er weder die Taufe

L 105

HOMILIA QUINTA.

1. smum acceperint, neque vivi in mundum venerint.
 2. Rursum fortassis quaeris, qui scire queas, utrum infans tuus e-
 3. lectus sit necne? Ego vero peculiare in individuís signum tibi vix
 4. significabo. Inter adultos enim, quorum confessionem audimus,
 5. et facta cernimus, non possunt electi a non electis ante obitum, imo
 6. ne post quidem certe discerni, ut Judae Apostoli apostasia, et Sauli
 7. persecutoris conversio, et multorum in novissimo die protestatio-
 8. nes ostendunt. Quis ergo de infantibus in alterutram partem au-
 9. debit statuere? Ut autem omnes adulti Christianismum saltem
 10. profitentes (Apostolis authoribus) pro electis et salvandis sunt re-
 11. putandi: Sic multo magis omnes omnium Christianorum infantes
 12. vel propterea, quod in ecclesia ad regnum Christi vocata, nati sunt,
 13. electi sunt agnoscendi, adeoque singulis divina de aeterna salute pro-
 14. missio indubitate applicanda. Nec obstat, aliquos a manifeste impiis
 15. parentibus nasci; Nobis enim deficientibus, Deus tamen fidus ma-
 16. net. 2. *Tim.* 2,13. Neque etiam parentes, sed beneplacitum Dei electio-
 17. nis causa est. Et, ut natura ex sana radice producit sanam arborem, ex
 18. ea autem putridum ramum, et ex hoc rursus sanum et ramum et fru-
 19. ctum: Ita Deus non raro bonis parentibus dat malos filios, ex iis
 20. autem bonos nepotes, et contra: id est, electis parentibus, rejicit
 21. filios, et rejectis filiis, rursus eligit nepotes, vel pronepotes: et
 22. vice versa, rejectis parentibus, eligit filios, vel aliquem ex ipsis, et
 23. rursus nepotem vel pronepotem rejicit. Sic Adamo, Isaaco, et Da-
 24. vide electis, rejiciuntur Cain, Esau, Absolom: Rursum Saulo,
 25. Abiamoque rejectis, ex eorum posteris electi sunt, Jonathan, Asa.
 26. Sic saepe milesima progenies eligitur; cur hoc? ut nimirum con-
 27. stet, DEUM libere ubique agere, et per carnalem nativitatem
 28. gratiam coelestem non accipi. Et hoc durum videri nulli po-
 29. test, cui de misericordia et justitia Dei constat. Miseretur libe-
 30. re cujus vult, cujus non vult, non miseretur. Nulli debitor
 31. est, nulli injurius. Ipsius igitur beneplacito simpliciter acquie-
 32. scendum, et cum promissio respiciat etiam millesimam progeni-
 33. em, omnium se misertum esse, credendum, in quibus contrarium
 34. evidentissime non apparet. Atque ita ostensum convictumque est,
 35. infantes Christianorum absque baptismo vita defunctos, non solum
 36. salvari posse, sed et omnes, vi gratuiti foederis et promissionum

Dei,

 1: Rom. 11,29.

7-8: Mat. 7,12; 25,44.

9-11: Rom. 1,7; 1. Cor. 1,2; 1. Petr. 1,2.

16: Ephes. 1,9.

25-32: Exod. 10,6; Rom. 9,7,8; Ex. 34,12; Rom. 9,15,18; Job. 34,12; Rom. 11,35.

empfangen hat noch lebend in diese Welt gekommen ist.

Vielleicht fragst du jetzt weiter, wie du wissen kannst, ob dein Kind auserwählt worden ist oder nicht. Doch da werde ich dir kaum ein besonderes Zeichen für Einzelpersonen aufzeigen können. Bei den Erwachsenen nämlich, deren Bekenntnis wir hören und deren Taten wir sehen, kann man dennoch nicht die Auserwählten von den nicht Erwählten unterscheiden. Das gilt für die Zeit bis zum Tod und sogar für die Zeit danach. So zeigen es der Abfall des Apostels Judas und die Bekehrung des Saulus, des Verfolgers, aber auch die Versicherungen vieler am Jüngsten Tag. Wer also will es wagen, über die Kinder in der einen oder der anderen Richtung zu entscheiden? Daß aber alle Erwachsenen, sofern sie das Christentum wenigstens bekennen, als Auserwählte und zu Rettende anzusehen sind, bezeugen die Apostel. Demzufolge sind um vieles mehr alle Kinder aller Christen als Auserwählte anzuerkennen, und zwar deswegen, weil sie in der zu Christi Königreich berufenen Kirche geboren worden sind. Daher ist auf jedes einzelne zweifelsfrei die göttliche Verheißung des ewigen Heils anzuwenden. Dem steht auch nicht entgegen, daß einige von offenkundig unfremden Eltern geboren werden. Wenn wir nämlich versagen, bleibt Gott dennoch treu 2 Tim 2,13. Auch sind die Eltern nicht Ursache der Erwählung, sondern das Wohlgefallen Gottes. Und wie die Natur aus einer gesunden Wurzel einen gesunden Baum hervorbringt, aus diesem aber einen kranken Zweig, daraus dann jedoch wieder einen gesunden Zweig und eine gesunde Frucht, so gibt Gott nicht selten guten Eltern schlechte Kinder, aus diesen aber gute Enkel und umgekehrt. Das bedeutet, daß er die Kinder verwirft, obwohl er die Eltern auserwählt hat. Und wenn er die Kinder verworfen hat, wählt er dennoch die Enkel oder Urenkel wieder aus und umgekehrt. Er verwirft die Eltern und erwählt die Kinder oder eins von ihnen, während er den Enkel oder Urenkel wieder verwirft. So wurden Adam, Isaak und David erwählt, Kain, Esau und Absalom aber verworfen. Weiter wurden Saul und Abiam verworfen, aber aus deren Nachkommen wurden Jonathan und Asa auserwählt. So wird oft die tausendste Generation auserwählt. Warum gerade diese? Natürlich damit feststeht, daß Gott überall frei handelt und daß durch die fleischliche Geburt keine himmlische Gnade empfangen wird. Auch dies darf niemandem hart erscheinen, wenn für ihn die Barmherzigkeit und Gerechtigkeit Gottes feststeht. Er erbarmt sich, wessen er will, und wessen er nicht will, erbarmt er sich auch nicht. Er ist niemandes Schuldner, niemandem gegenüber ist er ungerecht. Also ist allem, was ihm beliebt, einfach zuzustimmen, und weil seine Verheißung auch die tausendste Generation berücksichtigt, muß man annehmen, daß er sich aller derer erbarmt hat, bei denen das Gegenteil nicht ganz offensichtlich aufscheint. Damit ist also dargelegt und bewiesen, daß die Kinder der Christen, welche, ohne getauft zu sein, aus dem Leben geschieden sind, nicht nur gerettet werden können, sondern allesamt durch die Kraft des umsonst erhaltenen Bündnisses und der Verheißungen

L 106

DE PAEDOBAPTISMO

1. Dei, certo salvos esse, praesumi debere. Nunc deinceps videndum,
 2. quomodo salutem consequantur, num per fidem, an sine fide? I-
 3. tem num fide propria, an vero aliena? Hae enim quaestiones hic co-
 4. incidunt, et illarum solida cognitio omnem dubitationem tollit,
 5. constantemque spem et consolationem fidelibus parentibus adfert.
 6. Quod attinet autem priorem quaestionem, an scilicet infantes ante
 7. baptismum, imo etiam ante rationis usum mortui, fide, an vero sine
 8. fide servantur? Sacra scriptura respondet in veteri testamento: *Do-*
 9. *mine oculi tui fidem respiciunt.* In novo vero, *absque fide placere Deo impossibile*
 10. *est.* Hic certe utrobique idem est sensus, uniformiter docetur, fidem
 11. esse unum illud instrumentum, quo omnis homo salutem in Chri-
 12. sto promissam et reparatam consequatur. Si enim oculi Domini
 13. respiciunt fidem: Ergo nemo illi placet absque fide. Et si nemo
 14. placet sine fide; Ergo in omnibus et singulis salvandis fidem (*corda*
 15. *purificantem*) respicit et requirit, adeoque etiam infantes in utero
 16. suffocati non citra, sed per fidem necessario dicuntur Christo, ejusque
 17. beneficiis potiri, servarique. Nisi forsitan illa scripturae dicta tantum
 18. de adultis intellegere malis, quod ego facile concedam, ut et illa
 19. *Matth. 7,21 et 10,32.38; Rom 10,9.10 et id genus alia.* An vero propria an
 20. aliena fide id fiat, si quaeritur, facilis est reponio: videlicet non nisi
 21. propria fide quenquam salvari. Ut enim alterius anima nemo vi-
 22. vit, ut alterius ore nemo saturatur, ut alterius pede nemo am-
 23. bulat; sic alterius quoque fide, quae prorsus alterius et aliena est,
 24. et manet, nemo potest beatus dici, juxta illud; justus fide sua
 25. vivet.

26. Sed age, unde et quomodo infantes habent fidem, et quidem
 27. propriam? Hic est cardo rei: hic omnis difficultas, hic scopulus,
 28. ad quem multi adeo impingunt, ut quid de salute infantium sta-
 29. tuendum sit, vix sciant. Sed attende, totum negotium tibi expli-
 30. cabo, et planum reddam. Fides in homine est cognitio promissio-
 31. num DEI, et cordis fiducia in eis acquiescens, quod videli-
 32. cet propter Christum mediatorem passum, mortuum et resu-
 33. scitatum ex gratia nobis peccata condonet, et aeternam vitam do-
 34. net. Haec fidei definitio nititur verbis Christi et Apostoli. Hu-
 35. jus fidei fons seu causa efficiens est Spiritus sanctus, qui ideo di-
 36. citur Spiritus fidei; Urna qua hauritur, est auditus verbi Dei. Au-

ditus

8-9: Jerem. 5,3; Heb. 11,6.

14-15: Act. 15,9.

24: Haba. 2,4.

33-36: Matt. 9,2; Hebr. 11,1; 2. Cor. 4,13; Rom. 10,17.

Gottes mit Gewißheit gerettet sind. Diese Auffassung verdient den Vorzug. Nunmehr ist zu untersuchen, auf welche Weise sie das Heil erlangen, ob durch den Glauben oder ohne denselben. Ferner, ob durch den eigenen Glauben oder aber einen fremden. Diese Fragen fallen nämlich hier zusammen. Eine gediegene Untersuchung jener beseitigt jeglichen Zweifel und bringt eine beständige Hoffnung und Tröstung für die gläubigen Eltern. Was aber die vorhergehende Frage betrifft, ob also Kinder, welche vor der Taufe oder auch vor dem Gebrauch der Vernunft gestorben sind, durch den Glauben oder aber ohne den Glauben gerettet werden, so antwortet die Heilige Schrift im Alten Testament: „Deine Augen, o Herr, berücksichtigen den Glauben.“ Im Neuen Testament aber „ist es unmöglich, Gott ohne Glauben zu gefallen“. Beide Textstellen haben mit Gewißheit denselben Sinn. In gleicher Weise lehren sie, daß der Glaube jenes eine Mittel ist, durch welches jeder Mensch das in Christus verheißene und durch ihn erworbene Heil erlangt. Wenn nämlich die Augen des Herrn den Glauben berücksichtigen, dann folgt daraus, daß niemand ohne Glauben sein Wohlgefallen findet. Wenn ihm aber niemand ohne Glauben gefällt, dann folgt daraus, daß er bei der Rettung aller, und zwar eines jeden einzelnen, den Glauben, der die Herzen reinigt, berücksichtigt und auch verlangt. Deshalb sagt man sogar von im Mutterschoß ersticken Kindern, daß sie zwangsläufig nicht ohne den Glauben, sondern durch diesen sich Christi und seiner Wohltaten bemächtigen und gerettet werden. Wenn du vielleicht jene Schriftworte lieber nicht nur als auf die Erwachsenen bezogen verstehen willst, will ich dem wohl beipflichten, wie auch bei folgenden: Mt 7,21 und 10,32.38, Röm 10,9.10 und weiteren dieser Art. Wenn jedoch die Frage lautet, ob dies durch eigenen oder fremden Glauben geschieht, ist die Antwort leicht. Natürlich wird ein jeder nur durch seinen eigenen Glauben gerettet. Wie nämlich niemand durch die Seele eines anderen lebt, durch eines anderen Mund gesättigt wird oder mit eines anderen Fuß dahergeht, so vermag auch niemand durch eines anderen Glauben, welcher völlig des anderen und somit ein fremder ist und bleibt, selig genannt werden gemäß jenem Schriftwort: „Der Gerechte wird durch seinen Glauben leben.“

Woher haben nun aber die Kinder den Glauben, und wie haben sie ihn erworben, und zwar einen persönlichen? Um diesen Punkt dreht sich die Sache, hierin liegt die eigentliche Schwierigkeit; dies ist der Klotz, auf den viele gar heftig dreinschlagen, um dennoch kaum etwas Gewisses über das Heil der Kinder zu erfahren. Doch merke auf! Ich will dir die ganze Sache erklären und deutlich machen. Der Glaube besteht beim Menschen in der Erkenntnis der Verheißungen Gottes und in dem festen Vertrauen des Herzens auf diese, daß er nämlich wegen des Leidens, des Todes und der Auferstehung des Mittlers Christus aus Gnade uns unsere Sünden vergibt und uns das Ewige Leben schenkt. Diese Definition des Glaubens stützt sich auf Worte Christi und des Apostels. Quelle oder Wirkursache dieses Glaubens ist der Heilige Geist, welcher deshalb Geist des Glaubens genannt wird. Das Schöpfgefäß dabei ist das Hören des Wortes Gottes. Das

L 107

HOMILIA QUINTA.

1. ditus enim parit cognitionem, cognitio assensum, assensus fiduci-
 2. am cordis in electis, efficaciter operante Spiritu sancto. Hac ra-
 3. tione autem infantibus fides non potest tribui; quoniam ver-
 4. bum doceri, DEUM novisse, et promissiones intellegere ne-
 5. quunt. Imo humana et naturalia nondum sapiunt, multo minus
 6. igitur divina et coelestia sciunt. Matrem, cujus utero gestati et
 7. uberibus lactati sunt, non noverunt: Deum ergo qui novissent?
 8. Et cum non noverint DEUM ex auditu, qui in ipsum credant?
 9. Certe quam parum intelligunt, quid ipsis dicatur, et quam parum
 10. possunt ore Deum confiteri, tam parum quoque possunt corde
 11. in ipsum credere. Nam quod Dominus alicubi dicit: *Quisquis*
 12. *offenderit unum ex parvis istis, in me credentibus etc.* non eo torquen-
 13. dum, ac si infantibus jam recens natis (de quibus nos hic agi-
 14. mus) actualem fidem tribuat. Textus enim circumstantiae satis
 15. superque indicant, ipsum de talibus pueris loqui, qui jam inter au-
 16. ditores suos versarentur, et pro suo modulo docentem intellige-
 17. rent, eique fidem adhiberent, id quod sexennes, septennes, aut
 18. octennes facere incipiunt. Vocavit enim Dominus puerum ad
 19. se, dicit Matthaeus, monuitque, ne ejus generis parvuli (parvi scili-
 20. cet tum aetate, tum cognitione et fide) offendantur, id est, de ve-
 21. ra fide, pietateque malis exemplis retrahantur. Haec ergo ni-
 22. hil ad infantes, qui ne biennes aut triennes quidem, nedum
 23. bimenses aut tridui, offendi, et ad pravam imitationem facto
 24. aliquo iritari possunt. Attamen habent fidem, alias perperam
 25. salvari dicerentur. Qui ergo habent? Primum respectu Spi-
 26. ritus sancti, qui radix et opifex est salvificae fidei, quem, cum
 27. ex dono DEI habeant cum adultis communem, (ut supra dictum)
 28. fideles recte dicuntur. Quis enim infidelem adeoque damna-
 29. tum dicat Spiritu sancto donatum? Et cum Spiritum sanctum
 30. habeant in propriis cordibus inhabitantem, quis dicat ipsos pro-
 31. pria fide carere? Et quis dubitabit, illos, vel sola Spiritus sancti
 32. inhabitatione salvari? Ut enim radix peccati, seu malum in-
 33. habitans, ex quo mala actio oriri solet, reprobis satis est ad
 34. mortem: ita radix fidei et cognitionis, ex qua omnis bona
 35. inclinatio et actio suo tempore crescit, ad vitam sufficit electis:
 36. Alias sane gratia DEI peccatum hominum non exuperaret,

O 2 quod

 5-6: Joh. 3,12.

7-8: Rom. 10,14.

11-13: Matt. 18,6; Mar. 9,42.

Hören führt nämlich zur Erkenntnis, die Erkenntnis zur Zustimmung und die Zustimmung zum Vertrauen des Herzens bei den Auserwählten unter wirksamer Beteiligung des Heiligen Geistes. Nach dieser Überlegung kann aber den Kindern kein Glaube zugeschrieben werden, weil man sie nämlich das Wort nicht lehren kann und sie außerstande sind, Gott zu kennen und seine Verheißungen zu verstehen. Sogar menschliche und natürliche Dinge begreifen sie noch nicht und verstehen daher noch viel weniger göttliche und himmlische Dinge. Sie kennen nicht einmal ihre Mutter, deren Schoß sie getragen und deren Brüste sie genährt haben. Wie sollen sie also Gott kennen? Und wenn sie Gott nicht vom Hören kennen, wie sollen sie dann an ihn glauben? Gewiß verstehen sie wenig von dem, was ihnen gesagt wird. Auch mit dem Munde Gott bekennen können sie kaum. Folglich sind sie auch in demselben Maße außerstande, mit dem Herzen an Gott zu glauben. Denn daß der Herr irgendwo sagt: „Jeder, der eines von diesen Kleinen da, die an mich glauben, schädigt usw.“, darf nicht dahin gedreht werden, als schreibe er so bereits neugeborenen Kindern, um die es uns hier geht, wirklichen Glauben zu. Die Umstände des Textes zeigen nämlich überdeutlich an, daß der Herr von solchen Kindern spricht, welche sich bereits unter seinen Zuhörern aufhielten und nach dem Maße ihres Alters seine Lehre verstanden und ihm Glauben schenkten, wie es Kinder mit sechs, sieben oder acht Jahren zu tun beginnen. Der Herr rief nämlich ein Kind zu sich, wie Matthäus berichtet, und mahnte, solche Kleinen nicht zu schädigen, will sagen, sie nicht hinsichtlich des wahren Glaubens und der Frömmigkeit durch schlechte Beispiele fehlzuleiten. Gemeint waren natürlich mit der Bezeichnung „die Kleinen“ Kleine hinsichtlich ihres Alters, aber auch besonders hinsichtlich ihrer Erkenntnis und ihres Glaubens. Das gilt also nicht für Kinder, welche als zwei- oder dreijährige oder sogar nur zwei Monate oder drei Tage alte durch irgendeine Handlung weder gekränkt noch zu schlechter Nachahmung verleitet werden können. Dennoch aber sind sie im Besitz des Glaubens. Andernfalls wäre es falsch zu behaupten, daß sie gerettet würden. Wodurch sind sie also in dessen Besitz gekommen? Zuerst ist hier der Heilige Geist zu nennen. Er ist die Wurzel und bewirkt den heilbringenden Glauben. Weil sie den Heiligen Geist aus dem Geschenk Gottes mit den Erwachsenen gemeinsam haben, wie oben gesagt wurde, werden sie zu Recht als Gläubige bezeichnet. Wer will denn jemanden, der mit dem Heiligen Geist beschenkt wurde, als einen Ungläubigen und sogar Verdammten bezeichnen? Und wer will behaupten, daß diese keinen eigenen Glauben besäßen, obwohl doch der Heilige Geist in ihren Herzen Wohnung genommen hat? Wer wird denn bezweifeln, daß diese allein schon durch die Einwohnung des Heiligen Geistes gerettet werden? Wie nämlich die Wurzel der Sünde, das Böse im Menschen, aus dem verwerfliches Handeln zu entstehen pfllegt, den Sündern zum Tode gereicht, so genügt die Wurzel des Glaubens und der Erkenntnis, aus welcher jegliche gute Neigung und Handlung zu ihrer Zeit erwächst, den Auserwählten zum Leben. Andernfalls würde freilich die Gnade Gottes die Sünde der Menschen nicht überragen,

L 108

DE PAEDOBAPTISMO

1. quod tamen asseritur. Adhaec respectu fidelium parentum etiam in-
 2. fantes fideles habentur. Nam parentes non sibi solis, sed suis quo-
 3. que posteris aeternae in Christo vitae jus per fidem receperunt, ex
 4. pacto ipsius Dei dicentis: *Ero tibi et semini tuo Deus, faciam misericordiam*
 5. *filiis ad mille usque generationes*. Hoc autem fieri non posset, si infantes
 6. ob mentis inscitiam, etiam increduli haberentur: Prorsus enim in-
 7. creduli ad vitae hereditatem non pertinent. Fides autem illa, quam
 8. infantibus tribuo, aliena quidem est, si ipsorum cor et actum respi-
 9. cis, quoniam in ipsis non inest actu, quum nihil cognoscant nec as-
 10. sentiant. Sed tamen illis ex Dei misericordia imputatur, et per im-
 11. putationem fit illorum propria fides. Credunt igitur infantes, sed
 12. in parentibus. Et nihilominus fide propria salvantur, quia ex pecu-
 13. liari gratia Dei, vi foederis, sunt participes ejus fidei, quam habent
 14. parentes. Ut rem melius intelligas, perpende, unde et quomodo
 15. uterini infantes sint peccatores, et filii irae. Certe sua culpa non sunt
 16. peccatores; malum siquidem ne cogitare quidem potuerunt in u-
 17. tero nedum facere; et tamen sunt vere peccatores, ut vel inde con-
 18. stat, quod mors peccati stipendium, in ipsis quoque locum habet.
 19. Quomodo autem hoc? Propter parentes, quorum peccatum ipsis,
 20. ut heredibus, imputatur ut proprium. Si jam peccato parentum in-
 21. fantes polluuntur per imputationem, quum in iis fuerint, qui sibi et
 22. suis peccarunt: etiam fide parentum purgari possunt, eadem ratio-
 23. ne, quod in iis fuerint, qui sibi et suis ex foederis formula credide-
 24. runt. Duplicem enim personam sustinent sancti parentes, unam, ut
 25. prioris Adami filii, caro carnem gignentes. Alterum ut in postero-
 26. rem Adamum per fidem adoptati, donum illud ad filios, non jam
 27. suos, sed Dei transmittentes: illud quidem, ut ex ipsis, natura, ad
 28. mortem: istud vero Dei gratia, ut ex Christo, ad vitam. Neque hoc
 29. repugnat divinae justitiae et ordinationi. Sicut enim omnibus ho-
 30. minibus electis imputata prodest et sufficit ad salutem aliena satis-
 31. factio: sic ad recipiendam alienam illam satisfactionem, quae
 32. salutem operatur aliena (parentum, radices) imputata fides prod-
 33. est, sufficitque electis infantibus, qui per aetatem ipsi credere
 34. nondum potuerunt. Adulterorum alia est ratio. Atque ita con-
 35. stat, infantes non nisi fide salvari: fidei autem tantum habere ini-
 36. tium in sese per inhabitationem Spiritus sancti: in parentibus ve-

1: Rom. 5,21.

4-5: Gen. 17,7; Exod. 20,6.

19-20: Rom. 5,12.

was aber doch behauptet wird. Überdies werden die Kinder mit Rücksicht auf die gläubigen Eltern ebenfalls für Gläubige gehalten. Die Eltern haben nämlich nicht nur für sich allein, sondern auch für ihre Nachkommen durch den Glauben das Recht auf das ewige Leben in Christus empfangen, und zwar aus dem Bund mit Gott, der da sagt: „Dir und deinem Samen werde ich Gott sein. Barmherzigkeit werde ich an deinen Kindern üben bis ins tausendste Geschlecht.“ Dies aber könnte nicht geschehen, wenn die Kinder wegen ihrer Unwissenheit auch für Ungläubige gehalten würden. Ungläubige haben nämlich überhaupt keine Beziehung zur Erbschaft des Lebens. Jener Glaube jedoch, welchen ich den Kindern zuschreibe, ist allerdings ein fremder, wenn man deren Herz und Handeln betrachtet. In ihnen gibt es nämlich keinen Glauben als eigenes Handeln, da sie nichts erkennen und auch keine Zustimmung äußern. Dennoch aber wird ihnen aus Gottes Erbarmen der Glaube zugerechnet und wird durch diese Zurechnung ihr eigener Glaube. Es glauben also die Kinder, aber in ihren Eltern. Und nichtsdestoweniger werden sie durch eigenen Glauben gerettet, weil sie aus der besonderen Gnade Gottes durch die Kraft des Bundes Anteil an dem Glauben haben, welchen ihre Eltern besitzen. Damit du die Sache besser verstehst, erwäge, woher und auf welche Weise die Kinder im Mutterleib Sünder sind und damit Kinder des Zornes. Sicher sind sie keine Sünder durch eigene Schuld. Nicht einmal denken, geschweige denn tun konnten sie nämlich das Böse, als sie im Mutterschoße waren. Und dennoch sind sie wahrhaft Sünder, was sich allein schon daraus ergibt, daß der Tod als Lohn der Sünde auch in ihnen Platz hat. Wie aber dies? Wegen ihrer Eltern, deren Sünde ihnen wie Erben als eigene angerechnet wird. Wenn Kinder schon durch die Sünde der Eltern infolge der Zurechnung beschmutzt werden, weil sie in diesen waren, welche für sich und die Ihrigen gesündigt haben, können sie auch durch den Glauben der Eltern gereinigt werden, und zwar aus demselben Grund, weil sie in denen waren, welche für sich und die Ihren gemäß der Bundesvorschrift geglaubt haben. Zweierlei Person stellen nämlich die heiligen Eltern dar: Die eine als Kinder des ersten Adam, als Fleisch Fleisch zeugend, die andere als dem zweiten Adam durch den Glauben Hinzugewonnene, die jenes Geschenk zwar an ihre Kinder, aber nicht mehr als an ihre eigenen, sondern als Gottes Kinder weitergeben. Jenes gereicht, insofern es von ihnen selbst stammt, seiner Natur nach zwar zum Tode, dieses aber durch Gottes Gnade, insofern es aus Christus ist, zum Leben. Jedoch widerspricht das nicht der göttlichen Gerechtigkeit und Anordnung. Wie nämlich allen auserwählten Menschen zugerechnete fremde Genugtuung zum Heile nützt und ausreicht, so nützt und reicht zum Empfang jener fremden Genugtuung, die das Heil bewirkt, der fremde, von den Eltern her zugerechnete Glaube für die auserwählten Kinder, welche infolge ihres Alters noch nicht selbst zu glauben vermochten. Bei Erwachsenen ist das selbstverständlich anders. Und somit steht fest, daß die Kinder nur durch den Glauben gerettet werden. Den Beginn des Glaubens in sich selbst haben sie jedoch nur durch die Einwohnung des Heiligen Geistes. In ihren Eltern aber

L 109

HOMILIA QUINTA.

1. ro habere fidem integram cum suis partibus, quae ipsis per imputa-
 2. tionem sit propria. Hinc autem nemo colliget vel merita parentum,
 3. vel omnium liberorum aequalem sortem. Ut enim parentibus fides
 4. propria, sic eorum liberis ejusdem fidei imputatio est donum Dei
 5. mere gratuitum: et contingit non pro nostro, sed pro Dei arbitrio
 6. et beneplacito iis, quorum ipse gratis miseretur in Christo Jesu.
 7. Haec ipse minime effingo, sed ex aliis recte sentientibus veteribus et
 8. recentioribus theologis potissimum excerpta esse, videas in re-
 9. sponsione Bezae ad act. colloquii Mompel. *Parte 2. pag. 96 et seqq.*
 10. *usque ad pag. 104.*

11. Si quis firmiora habet, ipsi tantum abest, ut invideam, ut gau-
 12. dens quoque gratuler. Si quis a me discrepat, non aegre fero, cum
 13. et ego discrepem. Curemus tamen quod Apostolus monet; *Unus-*
 14. *quisque in animo suo plene certus esto.* Non hic agitur de nostra, sed de a-
 15. liorum salute. Si non obtinent, quod tribuimus, nihil tamen praeri-
 16. pimus. Si fallimur iudicio nostro, Deus certe iudex verus neque fal-
 17. litur, neque fallit quenquam. Justae ipsius misericordiae et miseri-
 18. cordi justitiae, iudicioque certissimo cedamus et applaudamus. Gra-
 19. tia salvamur, gratia salvantur omnes salvandi; gratia illa mediis cau-
 20. sis et instrumentis non alligata est: Non a baptismo, non a verbo,
 21. non a fide nostra, sed ab electione Dei gratuita pendet salus. Gratias
 22. agamus Salvatori gratis, quos vult, salvanti.

23.

OBSERVATIO

- I. 24. **P**rimo hic rursus apparet, externum aquae baptismum non esse
 25. ipsam hominis regenerationem, neque salutem ad eam alliga-
 26. tam esse, ut quidam putant. Sic enim nemo sine ipso salvaretur: sal-
 27. varentur autem omnes et singuli baptizati, quod utrunque falsum
 28. esse antea dictis et exemplis convicimus. Graviter ergo errant Pon-
 29. tificii, qui infantes non baptizatos simpliciter damnant, et quidem
 30. adeo; ut ne dignos censeant, qui cum reliquis Christianis, in conse-
 31. crato (quem vocant) caemiterii loco sepeliantur: sepeliuntur seor-
 32. sim in angulo quodam non consecrato. Caeca sane et audax est ty-
 33. rannis, sic ante tempus iudicare et damnare tenellos Dei servulos.
 34. Ajunt quidem, se non damnare eos, sed tantum collocare in limbo,
 35. loco intermedio inter coelum et infernum, ubi neque moerorem,

O 3

neque

7-10: Vide Gual. in Marc. 2. Hom. 16. pag. 24. b.
 12: Rom. 14,5.

besitzen sie den vollständigen Glauben mit seinen Teilen, welcher ihnen durch Zurechnung zu eigen ist. Niemand aber wird daraus auf die Verdienste der Eltern abstellen oder daraus ein gleiches Schicksal aller Kinder schlußfolgern. Wie nämlich für die Eltern ihr eigener Glaube, so ist die Anrechnung desselben Glaubens für deren Kinder eine reine Gnadengabe Gottes und fällt nicht nach unserem, sondern allein nach Gottes Gutdünken und Wohlgefallen denen zu, deren er sich selbst ungeschuldet in Jesus Christus erbarmt. Das dies keineswegs meine eigene Erfindung, sondern hauptsächlich anderen recht denkenden alten und jüngeren Theologen entnommen ist, ersieht man aus der Antwort des Beza in den Akten des Mömpelgarder Gesprächs, Teil 2, Seite 96 und folgende bis zur Seite 104.

Wenn einer besser Begründetes vorzubringen weiß, werde ich ihn sicherlich nicht darum beneiden, sondern mich freuen und ihn beglückwünschen. Sollte jemand nicht meiner Meinung sein, werde ich ihm dies nicht verübeln, da ja auch ich anderer Meinung bin als er. Beherzigen wir dennoch, wozu der Apostel mahnt: „Ein jeder soll seiner Überzeugung völlig gewiß sein.“ Hier geht es nicht um unser Heil, sondern um das der anderen. Wenn sie unsere Auffassung nicht teilen, nehmen wir ihnen jedenfalls nichts weg. Wenn wir in unserem Urteil fehlgehen, täuscht Gott, gewiß ein wahrer Richter, weder sich selbst noch irgend jemanden. Seinem gerechten Erbarmen und seiner barmherzigen Gerechtigkeit, ja seinem absolut gerechten Urteilsspruch wollen wir uns fügen und Beifall zollen. Durch seine Gnade werden wir gerettet, aus Gnade werden alle gerettet, die der Rettung bedürfen. Diese Gnade ist nicht gebunden an vermittelnde Ursachen und Werkzeuge. Sie hängt nicht von der Taufe, nicht vom Wort und auch nicht von unserem Glauben, sondern allein von Gottes Gnadenwahl ab. Danken wir also unserem Erlöser, der umsonst rettet, die er will.

Beobachtung

Zunächst erscheint hier wieder, daß die äußere Wassertaufe nicht selbst die Wiedergeburt des Menschen bedeutet. Auch das Heil ist nicht an sie geknüpft, wie manche glauben. So würde nämlich ohne Taufe niemand gerettet werden. Gerettet aber würden alle, und zwar jeder einzelne, sofern sie getauft sind. Beides ist natürlich unzutreffend, wie wir durch das zuvor Gesagte und durch Beispiele überzeugend dargelegt haben. Also begehen die Päpstlichen einen schwerwiegenden Irrtum, wenn sie die ungetauften Kinder einfach der Verdammnis anheimfallen lassen und sie noch dazu für unwürdig erachten, zusammen mit den übrigen Christen auf einem geweihten (so nennen sie das) Begräbnisplatz bestattet zu werden. Abgetrennt werden sie in irgendeinem ungeweihten Winkel begraben. Das ist allerdings eine blinde und anmaßende Tyrannei, zarte Kindlein, die auch Diener Gottes sind, vorzeitig derart zu verurteilen und zu verdammen. Zwar behaupten sie, sie verurteilten diese nicht, sondern versetzten sie nur in den sogenannten Limbus, einen Ort in der Mitte zwischen Himmel und Hölle, wo sie weder Trauer noch

L 110

DE PAEDOBAPTISMO

1. neque gaudium sentiant, saltem Dei conspectu et aeterna vita priventur.
 2. Sed ubi in scriptura ostenditur locus ille intermedius? Et quae major
 3. est poena et damnatio, quam conspectu Dei et omni gaudio perpetuo
 4. esse privatum? Oportet ut sint vel in coelo, et cum Deo beati, vel in
 5. inferno, et cum daemoniis damnati. Non est medium inter hos duos
 6. status, neque locus tertius; ut scriptura passim tradit irrefragabiliter.
- II. 7. Secundo: Hic discendum, quatenus baptismus ad salutem sit ne-
 8. cessarius, et quatenus eam non impediatur, seu quando baptismi lege
 9. astringamur, et quando ab ejus necessitate absolvamur. Duae enim
 10. necessitates hic occurrunt mutuo sese respicientes: altera obstrin-
 11. git, altera liberat. Obstringit Dei ordinatio, liberat impedimentum
 12. ejus. Obstringit autem baptismus ordinarius, et ad salutem est ne-
 13. cessarius, non simpliciter, sed secundum quid, conditionaliter seu re-
 14. spectively, quod facile constat, ubi discrimen inter foedus Dei et ejus
 15. sigilla rite observatur. Foedus tale est, ut vel in eo esse, vel perire ne-
 16. cesse sit, sine omni exceptione et discrimine personarum, locorum,
 17. temporum, et qui in foedere sunt, certissime servantur, et quidem
 18. propter Dei veritatem necessario, et perire non possunt. Ut enim
 19. extra foedus Dei, seu extra Christum, qui foederis hujus substantia
 20. est, et vinculum, non est salus: sic in eo et salus et vita aeterna perfe-
 21. cta est, et omnibus confoederatis, et membris Christi vere commu-
 22. nicatur. Foederis autem signorum seu sigillorum, quorum unum est
 23. baptismus, talis est ratio, ut eorum usus per se (ex opere operato)
 24. peregrinum in foedus non inserat, salvetque, neque privatio per se
 25. damnet quenquam, et ex foedere ejiciat: adeoque salvo foedere vel
 26. abesse vel adesse possunt. Si enim tanta tamque firma foret fides no-
 27. stra, quam illam esse decuit, prorsus non egeremus illis sigillis. Quia
 28. autem infirmiores sumus, et dubii, Deus pro sua bonitate sigilla ista
 29. promissioni suae addidit, fidei nostrae juvandae gratia: Ita tamen ut,
 30. necessitate usum illorum prohibente, foedus nihilominus constet,
 31. ratumque maneat: utpote, quod non in externis et temporariis ce-
 32. remoniis, sed in Christo, imo ac immoto angulari lapide, et aeterno
 33. mediatore fundatum est. Ubi igitur baptismi legitime, id est, ex
 34. Christi ordinatione potiundi copia nobis datur, ibi plane ad salu-
 35. tem est necessarius, non a parte Dei, quasi non sevaturus esset pro-
 36. missionem absque sigillo, sed potius a parte nostra, ut per acceptum

sigillum

 18-19: Acto. 4,12.

20-21: 1. Johan. 5,11.12.

32: Eph. 2,20.

Freude verspüren, sondern nur des Anblicks Gottes und des ewigen Lebens beraubt werden. Wo aber wird jener mittlere Ort schon in der Schrift gezeigt? Und welche größere Strafe und Verdammnis gibt es, als des Anblicks Gottes und der ganzen immerwährenden Freude beraubt zu sein? Zwangsläufig sind sie entweder im Himmel und mit Gott selig oder in der Hölle und mit den Dämonen verdammt. Zwischen diesen beiden Zuständen gibt es keinen mittleren und auch keinen dritten Ort, wie die Schrift allenthalben widerspruchsfrei überliefert.

Zweitens: Hier ist zu erfahren, inwieweit die Taufe zum Heil notwendig ist und inwieweit sie dieses nicht behindert. Wann also sind wir durch das Gebot der Taufe gebunden und wann sind wir von ihrer Notwendigkeit befreit? Zwei Notwendigkeiten treten hier auf und beziehen sich aufeinander. Die eine verpflichtet, die andere befreit. Verpflichtend ist die Weisung Gottes. Ein Hindernis befreit von ihr. Verbindlich ist aber die reguläre Taufe und sie ist auch heilsnotwendig, jedoch nicht schlechthin, sondern gemäß irgend etwas, bedingt oder im Hinblick auf etwas. Das leuchtet ein, wenn man nur den Unterschied zwischen dem Gottesbund und seinen Siegeln richtig beachtet. Das Bündnis ist derart, daß man zwangsläufig entweder sich in diesem befindet oder untergeht. Das gilt ohne Ausnahme und ohne Unterschied der Personen, Orte und Zeiten. Alle, die sich im Gottesbund befinden, werden mit absoluter Gewißheit gerettet und können keinesfalls zugrundegehen, weil Gott wahrhaftig ist. Wie es nämlich außerhalb des Gottesbundes bzw. außerhalb von Christus, der das Wesen und zugleich auch das Band dieses Bundes ist, keine Rettung gibt, so ist in ihm sowohl das Heil als auch das Ewige Leben verwirklicht und wird allen Bundesgenossen und Gliedern Christi wahrhaft zuteil. Für die Zeichen oder Siegel des Bundes, deren eines die Taufe ist, gilt folgendes: Einerseits reißt der bloße Empfang dieser Zeichen, also nur der Vollzug der Handlung, keinen Fremden in das Bündnis ein und rettet ihn auch nicht. Andererseits verdammt das Fehlen des Siegels niemanden und wirft ihn auch nicht aus dem Bündnis hinaus. Das führt sogar dazu, daß es für die Gültigkeit des Bündnisses unerheblich ist, ob die Zeichen fehlen oder vorhanden sind. Wenn nämlich unser Glaube so groß und so stark wäre, wie er eigentlich sein sollte, dann würden wir jener Siegel gar nicht erst bedürfen. Weil wir aber zu schwach und schwankend sind, hat Gott in seiner Güte diese Siegel seiner Verheißung hinzugefügt, um unseren Glauben zu unterstützen. Dabei gilt aber, daß im Falle der Verhinderung, diese zu empfangen, das Bundesverhältnis nichtsdestoweniger bestehen und gültig bleibt. Der Grund dafür ist, daß der Bund nicht auf äußerlichen und zeitbedingten Zeremonien, sondern auf Christus, dem unverrückbaren Eckstein und ewigen Mittler gegründet ist. Wenn uns daher die Möglichkeit gegeben wird, die Taufe gesetzmäßig, also gemäß der Anordnung Christi, zu erlangen, dann ist sie zur Erlangung des Heiles durchaus erforderlich, zwar nicht von seiten Gottes, als würde er sein Versprechen ohne das Siegel nicht erfüllen, sondern eher von unserer Seite her, daß wir durch den Empfang

L 111

HOMILIA QUINTA.

1. sigillum tum fide confirmemur, tum cum Deo confoederationis et
 2. salutis, eo magis certificemur. Ubi vero inevitabilis aliquis casus
 3. baptismum impedit, ibi necessitas nulla est fingenda, ac si impedi-
 4. mentum sacramenti, salutem simul impedire posset. Neque enim
 5. credendum, Deum durius nobiscum agere, quam cum viro bono
 6. vir bonus agit. Contractus aliquis ex mutuo partium consensu saepe
 7. fit absque ullis tabellis et sigillis, interdum etiam literae cum sigillis
 8. vel furtim abripiuntur, vel cremantur: neque tamen ideo vir bonus
 9. et cordatus proximum suum frustrare solet: imo in ipsis tabellis ca-
 10. vetur expresse, ne alterutra pars propter tabularum amissionem da-
 11. mnum pacti faciat. Deus igitur fidelis et justus, propter externa si-
 12. gna, per inevitabilem necessitatem praerepta, salutis promissionem
 13. retractaret? et suum pactum irritum faceret? et spem electorum suo-
 14. rum frustraretur? et iniquior esset aequo homine? et propter caduca
 15. elementa, verbi veritatem et auctoritatem, hactenus semper ratam
 16. et illaesam nunc tandem velut sui oblitus, imminueret? Absit. Me-
 17. liora sunt de bonitate ejus semper speranda. Sed dices: quis vere est
 18. casus necessitatis? Is scilicet, in quo nullum est signum vel temerariae
 19. negligentiae, vel impii contemptus baptismi. Varii autem ejusmodi ca-
 20. sus esse possunt tam in adultis, quam in infantibus. In adultis, si vel
 21. Judaeus vel Turca vel Ethnicus jam moribundus demum convertatur
 22. ad Christum, ut latro in cruce. In infantibus, si pia mater partui vicina
 23. per latrones interficiatur, vel alias per ignem vel aquam, vel gravem
 24. lapsum pereat, et infans cum ea; vel si infans in utero, vel partu, vel in
 25. via ad baptismum portandus moriatur; vel in Turcica captivitate na-
 26. scatur, vel etiam in Papatu a piis parentibus, sed pro haereticis damna-
 27. tis nascatur, et a baptismo per sacrificulum excommunicetur, nec
 28. possit ad alios ministros exportari, sive ob continuam egritudinem,
 29. sive itineris periculum, sive aliam ob causam. Hi et hujus generis alii
 30. casus vere appellantur necessitatis; in quibus neque parentibus, neque
 31. infantibus ulla imputari potest culpa, quominus baptizati sint: ideo-
 32. que neque divino neque humano jure in ejusmodi casibus baptismi pri-
 33. vatio cuiquam esse potest exitialis. Neque enim magis obligat nos ba-
 34. ptismus, quam olim obligavit Judaeos circumcisio. At circumcisio-
 35. nem non licebat fieri ante octavum diem. Et propter continuas profe-
 36. ctiones filiorum Israelis in deserto nullus infans circumcisus fuit totis
 37. quadraginta annis. Tunc, dubio procul, multi ante octavum diem, et

plures

 34-35: Gen. 17,12; Levit. 12,3.

36: Jos. 5,5,7.

